

ILLVSTR ISSIMO

D. D. HERC VLI SACRATO,
Comachij Episcopo meritissimo.



ISI in te (Amplissime Præsul)
Familiaque tua perillustri
colenda, Io. Dominici The-
scarij Ecclesiæ Sancti Marci
Venetiarum Canonici, vi-
ri quidem, & optimi, & fa-
miliarissimi mei institutum coner imitari, eius
ego certe amicitia, quam plurimi facio, indi-
gnum me esse ostenderē, atque omnis humani
iuditij prorsus expertem. Quicum certe quo-
ties in sermonē venire mihi contingit, contin-
git autem fere quotidiē, toties incredibili fruor
letitiæ voluptate, cum nihil cum vel libentius
vnquam, vel frequentius agere, quām cum de-
tuis, & fratris tui viri præclarissimi Comitis Sci-
pionis laudibus, meditari & loqui perspicio;
quos non modo splendores familiæ vestræ,
sed vrbis, non modo literatorum, sed litera-
rum delicias, non modo veræ nobilitatis at-
que humanitatis exempla, sed exemplaria suis

a 2 crebris,